

ma fratres tuos: manifeste nos remittens
ad exempla fratum nostrorum simile
sævitiam Satanæ expertorum. Hinc B.
Petrus 1. Ep. 5. ait: *Scientes eandem passio-*
nem ei quæ in mundo est, vestræ fraternita-
tifici. Denique solari nos debet exem-
plum Christi, qui cum esset Filius Dei,
tantum tamen diabolo adversus illum
licuit, ut illum secum abduxerit, tan-
tamq; petulantiam in ipso exercuerit,
ut mirari subeat tantum nequissimo in
fanciūssimum fuisse cōcessum. Verun-
tamen hēc fuit cōditio exinaniti Chri-
sti, qui semet divina sua majestate ex-
spolians omnibus illius juribus ac pri-
vilegijs renunciavit, ut posset tentari
velut homo & assimilari fratribus suis.
Neq; vero nullū momētum habent ad
nos cōsolandos exempla Jobi & Pauli.

*

CAPUT LV.

DE MORA ET DILATATIONE
auxilij divini.

Habac. 2. *Quia adhuc Visio procul,*
& apparebit in finem, & nō men-
tietur: si moram fecerit, exspecta
illam: quia veniens veniet, & non
tardabit. Ecce qui incredulus est,

non